





8

298

N.T. 1185735
C.B. 1000909638







Mula Nevada - 97

11-5

Gesta impiorum per Francos sive gesta Fran-
corum per impios

Horres ad hunc titulum lector Catholicus, & de
scripto reprobatis aliqua suspicio suscepti odii,
vel innata maledicentia tibi oboritur. Verum
sustine judicium tantisper, quo usque ad monitio-
nem hanc perlegeris, et me tunc, si potest, carpe.
Attende ad ea quae scripserunt vel dixerunt de re-
probis Gallia cum IMPIIIS duo summi et sane-
rissimi Pontifices Pius v. et Clemens viii. Tres
Eminentissimi S. R. E. Cardinales Aldobrandinus
Baronius, et Ossatius Gallus. Tres Illustrissimi
Præsules Tulio Rhemensis Archiepiscopus Fran-
cisus Belcarus Peguilius Episcopus Metensis, et
Gilbertus Genebrardus Archiepiscopus Aguessi
Gallia. Duo insignes concionatores quorum nomi-
natae, quia ambo hodie vivunt in maxima to-
tus Galliae celebrant. Julius Caesar Dubenge-
rus Theologiae Doctor, et Arnoldus Ferronus

Burdigalensis curia senator, item Galli. Ipsi
mei ecclesia catholica cujus expostulationibus,
et lamentis jam pridem totus Orbis Christianus
personas. Denique ipse deus Opt. Max. qui per
prodigiosa, et horribile Principum Francorum
mores, tan alti et serio Galliam admoet, ut
plane off surdus sit, qui ejus vocem non audiat.

Hi omnes, quos nominavi, Gallienigenas scriptore
consulto praeterea testes mei sunt, mei auctores,
mei iudices, illos sequor, ad illos provoco. Illo-
rum scripta cum legissem, vel intimum judicii, et
verborum sensum cum intellexissem, aut voces audi-
vissem, vidissemque nihil prospicere ad emenda-
tionem Galliae suspiria, et murmura innumera-
bilia Gallorum antiqua probris, qui inge-
muntur Francicas istas societates cum impiis,
meque vehementer affligere incendium domus
dei, et cadu matris meae ecclesiae; statui apud
animum meum Gallia, pro qua liberum impen-
dar dicere verbum vita, et saluti, verbum bonum

2

et fidele, verbum irreprehensibile, cuius com-
prehensionem habes brevi isto versiculo Catechi-
sici.

Discede ab iniquo, et depuon mala Cates. 7. 2.

Abi te.

Hoc est

Vide Gallia equid malorum, equid mortuum,
equid scandolorum foedera tua cum Turcis; sus-
ceptis, et patrocinium Geneva; Societas tua cum
Hollando, cum Sueco, et cum aliis impiis pepere-
rim, pariam atque parturiam populo, Regibus,
Catholica. Singula explicatius edidero

Foedus Turcicum

Primus Regum Gallie (quos ad annalium memo-
riam reperere possum) qui cum Turca mortali ac
immortali hosti Christiani nominis foedus iniitit
Franciscus .i. primis posteris Regibus exemplo, mag-
no apud omnes Christianos probro, deterrimos sui
contra Carolum V. Imperatorem tuendi consilio.

Rem gestam habes ipsi meo verbis duorum illus-

trium Antistitum gentis Franca: Alter et Francis-
cus Belcarius Peguilio Episcopus Mevensi mag-
ni vir iudicii, Gallia que ac Tridentini Conci-

Fran. Bel. Pe-
guilio unquam
rer. Gallie. lib.
23. n. 22.

lii Clarum iubar: Alter Gilbertus Genebrardus
Archiepiscopus Aquensis, nulli non notus

Ille sic: Franciscus Rex Polinum ad Solymannum mi-
sit. Si profectus barbarum tyrannum Buda rede-

P. Lovius Hist. lib.
41. ad hanc mu-

nam offendit; muneribus de more oblati, et

vera fuit opor-
ta suppelleciti
ad usum ornas
mentum que libe-
ci, argentea va-
sa sexcentorum
pondo. Purpura
hi vero Polynes
& Prætorii, an-
tium limitibus
series omni ge-
neris, aut ex calce
lancee talares
quingentæ. Do-
na vasis Poli-
nus lino insig-
nes equos, et gla-
dium gemmatum.

Barbarussa cum classe, sequenti anni estate in
Provincia Phoenis oram mitteretur postulavit:

Ut que Venetis ad societatem cum rege Gallo adver-
sus Casarem cum Rege Gallo adversus Casarem

Germanicum Imperatorem communem hostem in-
cundam inducere postulavit. Respondit Solyma-

nus se Franciscus non depururum; Casarem reddidit
suum acceleranti certis quid pronunviare in promp-

tu non esse, cum Byzantium pervenerit eadere
amplius de liberaturum; quod cum paulo ante

Kilend. decembris appulisset, se que promisserat
pretaturum confirmari: sed opera precium videri

Ut ad Regem suum Polinus redeat, et belli inferen-
 di rationes ab eo intellectas ad se referat. Inveceat
 legationem ad Venetorum omnium, et ut cum Francisco
 Rege societatem in eam, operam daturum. Polinus
 in Galliam reversus Francisco Solymani responsum
 exhibuit. Franciscus tempore regionibusque, qui-
 bus bellum inferre destinaverat, designatis, eundem
 cum mandati amplissimi Byzantium dimisit de-
 tum n.º 23. Polinus Byzantium abiit cum Basilii
 Regis mandata communicavit, ut promissa classe
 mitteretur, vehementer insistit: cum alienos ab ea
 mittenda reperisset, corruptis suspicatus, ut in collo-
 quium cum Solymano admitteretur, quod Christiano-
 norum paucioribus hactenus permittent fuerat, sua
 importunitate effecit, et ne Franciscum tripartito Ce-
 sari ditione invadentem promissa classe frustraretur,
 obtinuit. Paulus respondit Tyrannus, non sua
 inconstantia, aut mutata voluntate levitate, sed
 ipsius tarditate, ne classem mittat effectum: Verum-
 quam bonam aetate peritum praeruisse, ut nullum
 iam opera precium foret, proximi veris initiis

Duxto majorem ad amicum fratrem que regem
transmissurum. Haec locus Rhodia militie
Trierarchus ad Francium retulit: quem specta-
vis Turcica que totam Hispania oram infesta-
ret Aurianamque Genus velut conclusam desi-
neret, Rusi nonensem expeditionem suscepisse,
caspe dejectum, exercitum Perpiniano maribus
revocasse nonnulli putant. Sic Belcarus.

Genebrardus in hunc modum: Ariadenus nomine Bar-
barusca e Lesbo insula piraticum cum fratre Ho-
ruis exerens Rex Algeri in Mauritania evasit,
Undique oram Hispania, Italia, insulas que
omnes maris Mediterranei populatus, et Turca-
rum classis a Solymano praefectus, Deinde inci-
dentibus inter Hispanos et Gallos bellis cum in-
genti Classi Francisco Regi oram tutie, gementi-
bus DIIS, quibus IMPIORUM ab Christiano nomine ab-
horrentium foedera improbantur. Quod cum eveni-
congruit, nam Barbarusca in Provincia apud To-
Lonei hyemans. Provinciarum tantum bona, et

4
et opes consumpsit. Sequenti anno vastata Helvetic
ora, atque insulis Ilva, Igilib, Fenaria, et
Lignara afflictis Constantino pulchro odians explu-
ratis Gallie portibus, et Lois ad introducendos,
cum erit commodum, Turcas Asanem filium Al-
geri Regem reliquit. Hactenus Genebrardus.

Qua indignitas (Superi) Regem Christianissimum
Supplicantes acudere Barbaro, Tyranno, Turca
cum muneribus, a Turca amicum et fratrem appella-
ri, perire, obscurare, Ottomanica auxilia contra
Imperatorem Catholicum? Numquid eisdem verbis
michi Licet resaffari Francis, quibus Lehu Pro-
phetæ affertur ut Josephus Regem Hierosolymæ
redemptum ex bello, quod contra Syros gesserat ini-
ta societate cum Sichabo rege Israel sed IMPRO?
Isti, qui oderunt dominum univâs iungenti (in-
quit) idcirco iram domini mereberis. Quis sensus
Christianorum omnium, quam juste piorum Galb-
rum lacryma, qui Tolonensium, qui Massilien-

tium, qui Provincialium tuorum, qui Aethiopicorum
genitibus, ne diam execratione? Quam iuxta
Italorum et Hispanorum indignatio, cum spectabant,
sentiebantque imminere suis cervicibus Tur-
cam, ipsorum quidem inhiantem diris, illu-
rum autem fines, et oras, et verba acerbis impu-
pulantem. Quodque de exiis et Lucisus est,
Turcam a Christianissimo Rege evocatum, cui vel so-
lum illud Christianissimo nomini alia omnia sua-
dere debuerat. Siquid talis auxilii Carolus
Caesar contra te Franciscum comminatus fuisse, oedum
accessisset, quid dixisset? qui captus in Papiensi cla-
de, transmissusque in Hispaniam, et appulsus ad
portum Valentiae, cum ex parte Belisiana Mauros quo-
dam festo die aliquid operis facitantes, tibi que quie-
renti importunius obtruncantes graviter ferens, severe
jurasti non impune laturos, ac libere te exprobratu-
rum Carolo, cum qui Catholicorum Imperator sit,
cum aperte fidei hostibus connivere. Non connive-
bat enim Carolus, sed meditatebatur id quod paucis
post mensibus fecit; ni mirum Mauris illius fecit

dignam tantis Principe e suis regnis expulsiorem
 Tu vero Christiani nominis juratum hostem accensis; et
 cum hostem qui onustus recentibus Christianorum
 spoliis, auctus innumeri triumphis, ac nudius tertius
 spoliata Regina Ungaria Isabella, qua illum
 contra Ferdinandum Regem Romanorum advocaras,
 occupata per summam perfidiam Buda et meliore
 parte regni, nihil avidius cupis quam similes occa-
 siones propagandi Ottomanici imperii. At non per-
 misit Deus Mahometicam istam evocationem adire
 ex voto tuo contra Carolum. Sed quod in simili cau-
 sa dixit Eliezer Josaphat Regi Juda; quia 2. Paral.
 habuisti fœdus cum Rege, cujus opera fuerunt im-
 piissima, percussit Dominus opera tua: Nam con-
 sumpsit tuis provinciis ab Ariadetho Barba-
 rissa Prefectus illius classis Solimanica, et Archi-
 pirata impiorumissimo primus expertus es exitale
 esse dei hostes adhibere tibi auxiliares contra Ca-
 tholicos, cum aspersisti tua fama maculam,
 quam vix vnguam potuisti eluere; et a majore

4. Isthu- parte Imperatorum procerum in comitiis Parisi-
bus hi. nensis, quos ab impendendo Turcis bello dehortari
5. pag. 245. et detertere per Franciscum Hieronymum conabantur, pro-
munitum est jure casos Antonium Rinonem, et
Caesarem Fregosium, qui ase legati ad concilianda in
Christianos Turcarum arma, et evadendam Panno-
niam mittebantur.

Decennio antehanc evagationem aliud quidem contigi,
quod placeat ipsi met Nicolai Isthuamphi Panno-
nii verbis referre: Solimanus Vienna rejectus cum
ignominia biennio post (hoc est anno M. D. xxxi.)
novam et ingentem expeditionem facit, ut Viennam ma-
jori vi repetat, aut alium locum in Austria fortiter
oppugnet. Fuit complures qui Solimanum, non tan-
tum sponte sua quam Polonorum, et Gallorum opera con-
stitutum, hoc bellum suscepisse dicerent, in Casaris et Fer-
dinandi odium, quorum amplitudini, et felicitati in-
viderent, eosque periculosis cladibus involvi, et impli-
cari maxime latarentur. Haud tamen temere Sygismun-
dum Polonia Regem tanta malignitatis infamia cri-
minandum duximus, cum nihil quod certo affirmari

possit detrans actum p[ro] Rege hactenus audiri sit.
 Ferrus tamen Franciscum Regem quamquam alia
 egregium Principem Casani tamen appetitum amu-
 lum non hoc tantum tempore, sed deinceps etiam
 post, aut amplius, per Pincionem Legatum suum Auc-
 torem fuisse Solimannu[m] in Pannoniam irumpen-
 di ac vastata ea, ac captis Strigonio, quinguesce-
 lio, atque Alba Regali & Medionis urbibus, non
 illam tantum, sed etiam Resp. Christianam gravi-
 ssime affligendi. Hactenus Isthucampus.

Scio primi istius belli Turcici Ferdinando Regi Roma-
 norum illata causam Franciscum Belcarium Legati-
 onem longe a Francis primo rejecisse; relictis dua-
 bus literis, quibus alia causa commemorantur.
 Amis voluntatem tuam, et studium erga tuum Regem
 Belcari, et si qua ratione vindicari possit assumpsa
 nota vindicari. Ceterum, evocatum postea ab eodem
 Francis Rege Solimannum contra Carolum Casa-
 rem circa annum M. D. XLII. per Polinonum Le-
 gatum (ut supra diximus) recte ipse nec Gene-

bravus negare potuisti, quod gravis rem suspicionem
fuit Historici, ne hunc Francicum ab ejusmodi
Turca consilio agendi contra Ferdinandum temperare.

De Barbarossiana classe ita scribit Arnoldus Ferronus
Burdigalensis Regius Consiliarius: Amobabus a
Solimanis cum instructionibus navibus ad Regem mi-
ssus. in hunc Rex et milites Turcas singulis mensi-
bus multa aurosum millia erogabat. Vidisse per-
mixtos Turcis Gallos ad Nicæa Allobrogum expugna-
tionem; in quatenus violari deditiois conditio-
bus. Turca grassatus est in civis, ignem ceci immisit,
vires abduxit. Quid mirum si veniente in Provinciam
eodem Barbaro cum sua illa classe centum et decem
triremium, biremium quadraginta, et Osham appul-
so, tanta Roma trepidatio fuerit, ut omnes ad fugam
spectarent, nec ita confirmari a Polimis potuerint,
quin et mulieres cum parvis liberis, nubiles puellas
et sacras Virgines claustris suis exire in proxi-
mas regiones ab Asia remotas propugerent.

Malo illi Francisci Regis exemplo proclivior haud

Dubie fuit Carolus IX. Francorum Rex, ut anno
 M. D. Lxv. his Ottomanicae Societatis requirere
 haud Levi sua infamia. De meo nihil dicam.
 Paulus ad gravibus verbis factum refert et damnat
 homo Gallus Melius Caesar Bulingens. Id tempus
 vis, inquit, fedus cum Turco non sine dedecore a
 Francisco primo ictum, a Carolo IX. cum Selymo,
 qui Meliam magno navali parati obsederit, non
 minori labe renovatum est. Ita res habet; fidem
 cum infideli tutam non esse; Societatem cum IMPIO
 in noxam abire. Melia capta Italia, et ipsius
 Gallia exitum praestitit.

Hic Auctor dum haec federa, Galliae dedecus, et labem
 et noxam appelles, videris alludere ad id quod de
 eisdem diebus Pius V. Pontifex Sacerdotio, sanctita-
 te, divinae sapientiae et miraculorum gloria vere
 maximus; de quo sic Franciscus Longus a Corista-
 no Capuccinus: Hic Pontifex data constitutione, qua
 incipit: Regnans in caelis Elizabetham Anglorum
 Reginam Catholicae fidei infestam anathematizavit, regni

que jus ab ea ademit. Porcius ut Carolus IX. Fran-
corum Rex de ceterum Anselianense de liberate
religionis aboleret. Societatem Franci Regis cum
Turcarum rege demonstravit, eam Francie laborem disti-
tans Christianis Principibus adversus Seljorum
Hungarie imminentem Calarem pecunia juris.
Hec sat est, ut intelligas fœderis Gallo-Turci in-
dignitatem. Neque est quod mihi Gallia succen-
seat, quando illud appelli indignum, infame, noxi-
um, plenum dedecori: præcunibus in hæc verba
ipsis Galli, ades quædam Pontifici, de quo in cano-
nem sanctorum referendo nunc egitur.

Unum certe equo animo jam diu ferre non possum, in
his conditiones pacti inter anno M. DC. LV. inter Hen-
ricum IV. Gallie Regem, et Sultanum Amuratum
Turcarum Imperatorem, Breveis Regis legas ne-
gocium gerente, hæc scripta fuisse a Barbaro: Qui
Vero, inquit, Francie Imperator omnium Christiano-
rum Principum dignitate et genere nobilitissimus es,
idem que amicorum perfectissimus, quos majores om-
nibus comparaverunt inter Reges et Principes fidei

Christiani: Cujus erga nos sincere amicitia et
 humanum statuuntur monumenta; Volumus providere
 ac precipimus, ut ejus legatus, qui ad Felicum
 Portamorianam degit antecedit Legatum Sarracenicum,
 ceterorumque Regum et Principum, quos ad
 iudicia nostra tribunalia, sive alibi reperiri con-
 rigent. Haec a Sultano scripta sunt litteris A-
 rabicis; quae certe elogio, et mutua illius aequa
 quae amicitia praedicatio (nequid gravius dicam)
 haud multum augere potest dignitatem, et famam
 illius Christiani Regis, nedum Christianissimi.
 At hoc non a Rege, sed a Turca praescriptum est,
 (inquies). Quis illi obstruet os, vel manum inhibebit?
 Est ita omnino, ut dicit; Verum et hoc in Gallium ter-
 minem converti, et convertum Parisiis typis Stephe-
 ni Paulini mandari, et editum publicari qui non
 gravis ferat? Quis non videt animos Piorum Chris-
 tianorum a Turcis nomine peritum abhorrentium
 vehementer offendi, et de Rege Christianissimo mi-
 nus pie sentire?

Susceptio, et patrocinium Geneva.

Quid est in Galliana politica in cuius considerati-
one (fateor) ego proterus haerens, et stupens, haerens
que mecum, et stupens haud pauci, qui nec satis
comprehendere possunt quomodo cum Christianissi-
mi appellatione conveniat Geneva protectio, et
patrocinium susceptum jam ab anno M. D. LXXIX.
et semper continuatum ad haec usque tempora. Quid
monstrum, quod portentum, quae Chimera? quae
conventio luis ad tenebras? quae communicatio
Christi cum Belial? quid arca dei cum Idoloda-
gon? quid Sion cum Babilone? quid sanctita-
ti cum impietate? quid Christi cum Beelzebub?
Quid Christianissimi cum Geneva?

Quis credat Genevaram solum recepticiam, asylum
omnis improbitatis, opprobrium Christianismi, of-
ficinam omnis nequitiae, cathedram praesentiae,
Academiam impietatis, Hieropolim Calvinii, ha-
eresos arcam, prostibulum Babilonicae meretricii

fatebor

fatalem equum unde continetur prodeunt Inven-
 diarii Kemptorum, eversores Urbium, Venenarii reg-
 norum, flabella seditiosum, Daemonum emissarii,
 blasphemiarum in sacros, in matrem Virginem, in
 deum ipsum. Arthici; Genevaam Capitulum exuui-
 illarum perfracti canobiorum carceribus decastia-
 te triumphantium, rebellionis Arthepsum, Phle-
 gratum campum, in quo Titane contra nomen be-
 llant, casta subsidiarum Legionum haerens, vix
 supplementum mittitur in omnes copias Ferrigenarum
 ecclesiam dei oppugnantium: seminarium unde longe
 lateque transplantantur arborum fatalia roma discordia-
 rum ferentia: Colchidem ubi Calviniana Medea vene-
 na errorum, et pestem conficit, indeque spargit into-
 tum orbem: Voto verbo (quod nemo Catholicorum hac-
 tenus negavit) universitatem iniquitatis: Genevaam cu-
 jus vel solum nomen sana doctrina hominibus om-
 ni Samarina et Orci habitus ferentis est: Genevaam
 (dicere horreo) sub Gallia clivosa, et passivivere.
 O pudor, o dedecus, o fatale infamiae animabus Christi
 sanguine redemptis praescinium. at hoc in esse regni

Christianissimi interet responderi slet. Regni Chri-
tianissimi interet Deo per fidi patrocinari; Non pa-
trocinetur per fidi Gallia, sed Genevensibus in-
quirit) et hoc in esse Gallia interet, accidens est,
et prater voluntatem Gallie, quod Deo per fidi sine.
Interet Gallie patrocinari Genevensibus? quid quan-
tum interet videamus. Periculorum Gallia ni-
si opponeret suis hostibus Genevam velut propugnaculum;
sed illud quam imbecille est quod istum
in impietate fundatum est? Gallia (ajunt Politici)
ab ea parte in qua Genua sita est indiget aliquo mo-
nimento. Genevam ipsam aliud esse
status regni postulat; Est, per me licet, sed Ca-
tholica sit; et si Regis interet Genevam; num-
quid Regis Christianissimi interet Genevam
esse Christianissimam? Foret ne Geneva imprimis
Gallie propugnaculum si Catholica foret? num
quid illam clientelam admittisset S. Ludovicus,
quid libentius et frequentius Ludovicum Poissie-
cum, quod Poissiaci Christianus per baptismum
factus esset, quam Ludovicum Francorum Regem

10
appellabatur, insinbebasque? Magna equidem
et Augusta est dignitas Regia, sed Christiani
appellatis longe Augustior corona Christiani-
ssimi auctem longe gloriosissima, ac providen-
tulo studiosius excolenda. quanto mensura nominis
est major; quae certe impleri aliqua ex parte po-
tuisse a quo tempore Geneva est subiecta Galliae,
si effectum esset, ut sacrum in ea verbe rite Catholi-
co perageretur: quod profecto non fuisse difficile,
ut nec jam esset si Gallia id omnino veller, ardenti
que, ac Christianissimo celo non solum commi-
naretur patrocini desertionem, sed recipere desere-
ret, tanto melius sic consultura Geneva bono,
et propria securitati, quanto aeterna praestant tem-
poralibus, et divini numinis favor atque praesidium,
quod sic impense sibi demeretur, antecellit pudici-
ciae exubitorum vigilie ad civitatum et regnorum
custodiam.

Te ipsam appello, Gallia, arbitram te volo ejus rei
quam dixeris sum, quam infame et propudiosum

est cognomini Christianissima, quod huiusmodi
Genevam tuo presidio septam, seu re quia impu-
ne, alere in ludo suo academiæ Lanistas hæreti-
cos, qui terrimorum gladiatorum familiam con-
tra fidem catholicam diligentissime, ut faciunt,
instituant, probe institutos in Galliam, in Germa-
niam, in Angliam, in Hollandiam dimittant,
dimissos continenter ad audendum exirent, audacissi-
mumque, et impiissimum consuerent, in factus
referant, indigent.

Quam injuriosum est tua fama, et nomini Genevam
ita abusi beneficii tui patricii, ut ad contumelias
Christi, et sponsæ ejus ecclesiæ palam proiceris
in impietatibus suis eo que fidentius, et inverecondius
contaminentur, quod nullius mortaliū vltionem
reprimet quædum Rege Augustali, et secus Fran-
cis Vulcaniis armis imperebitur procegetur.
Quis speret vi vlla humana hæresim unquam ex-
tinctum iri, quædum Geneva et Gallia sibi invi-
cem erunt propugnaculum? Quam pridem tota vel

11
magnam partem haereticis oppressa fore, nisi intervenisset illud patrocinium?

Tingamus acutos ex toto orbe oculatissimos et perspicacissimos Calvinianae factionis Ministros unum in Louum convenisse de tutela propagandaque sua secum deliberaturos, potuissent ne ad id excogitare vel optare artificium aptius quam de Geneva constituenda quem admodum nunc est; accedenti praeterquam ad ejus securitatem potentissimi Regi susceptione et patrocinio, qui cavernam illam in qua Draconem tartareum stabularunt, quia, et illa etiam sui Regni conservationi videtur esse idonea, custodiverit?

Atque rem hanc mente informare soles, ac status haereticum Draconem quemdam ingenium esse, suis spiris et voluminibus plurimas in Gallia, in Anglia, in Hollandia, in Suecia, in Dania, in Germania vobis circumplicans; et quae natura Draconum est? solummodo de capite Politicorum, quasivise ejus servandi idonea stabula, nec ullum invenisse

utius Genevensi spero: ideoque illud sibi ad sua
vita, et capiti truncatum delegit; quod infortunium,
parum esse duceret illi caudam sibi amputari, et
illi alas diminui, illi pedes truncari, illi corpus
attoni; renasiturum illud omne sibi sperat, ac pu-
llulaturum citius, et fecundius quam Hydrocephalus,
nec defuturum unquam virus, quod in universum or-
bem desisset. Heu! haec Calvinii prudentia quam
multis hominum millioribus exhibita fuit, qui
aeternum viverent, nisi Genevam, o Gallia, nisi
Genevam custodires. Sed quam innumerae ab illo
inceps perierunt sunt, aeternumque perituri, quan-
diu stabit Geneva: tandiu vero stabit, quandiu um-
bone maximi Regis regitur.

Adeo benigna est, et mitis, et indulgens terra, vsusque
mortalium semper amicta ut pestifera animetia, que
terro aliquis spiritus generavit, necesse quidem illi
sit ut sustineat; sed tamen serpentem homine per-
cussio non amplius recipit, poenas que etiam incau-
torum et inextremum nomine exigit. Dubitare non

potes Gallia Draconem illum Gebennense pesti-
 ferro habitu thiamouum turgidum esse, et venens ha-
 reos pecum, licet jam infinitos homines perdidit,
 quid te cogit ut eius tabernam tuearis? Si a-
 men e re tua est illam ase defendi saltem ea condi-
 tione et lege illam clientelam admittis, ut draco
 intereat, et ejiciatur, et catholica fides post limi-
 nis restitua suis sedibus Geneva refloreat. Non
 potes orbem Christianum, non potes nomen ipsum
 tibi archus demereri, non potes quidquam dignitate,
 nihil regno, et Regi Christianissimo prestare con-
 venientius, nihil ad tuam securitatem opportunius.

Foedus Hollandicum.

Putabam prope vix quidquam posse Christianissimi
 nomine indignum, nec quidquam Christianismo exi-
 hibitum, quam Geneva tutelam, et patrocinium ut
 supra ostensum est. Verumtamen postea conside-
 ranti foedus Hollandicum, quod jam pridem Gallici
 studiosissime excoluit, tanto illud perniciosius esse

religioni vidum est, quam plures in Statibus illi
Hollandiis inesse Geneva cernit, semit que incredibi-
li suomata Ecclesia. Supervacaneum sit referre hoc
loco quid hominum sint federati illi ordini, qui
vulgo a praecipua provincia Hollandorum nomine
audiunt. Gens est (ut paucis dicam) Ecclesie et Regi
Catholico perduellis, utriusque legitimum domini-
um excussit, utriusque quam potest insolentissime in-
sultat, utriusque extrema omnia cupit, molitur.

At certe est majore Ecclesie, quam Regi detrimentis,
quo animarum iactura gravior, et lucuosior est, quam
corporum. Insuper ^{quidem} suat illi, Regi Catholicis in quibus-
dam Hispanici Orbis partibus; Ecclesie vero ubique,
domi, foris, terra, marique, bello, pace, armis singu-
tis, adeo ut si eos in Ecclesia Catholica persequi-
toris recensere vellet, haud postremo loco numerandi
sint, nisi forte magquam capitalissimi omnium, sicut
hi deumorum fluctus solet esse omnium atrocissimus.

Nihil exagero, nil augeo; nam praeter sexaginta cir-
citer annorum spatium, quo Catholica religio peni-

his apud eos oppressa est (cujus tyranni persecutio duravit tandem? an quis Cethoricorum Imperatorum tam multos homines ^{vra} a religione averit?) non contenti domesticis sua impietate intra foederatas provincias, illam quodvis, quae utrumque mare porrigit, longissime proferunt, et incredibile est quantum praedicationi Evangelii sacri inter infideles officiant, mendiando, calumniando, vel nostrae fidei elevando.

Testis es (ut caetera praetermittam) o Japonica eulenia; qui ex candefecit proscriptioes illas quibus Christiani calumniosissime affliguntur, qui carceres illos omni morte acriores Christianis implevit, qui crucis erectae, qui rogos excussit, quibus Christiani in toto illo vasto imperio jam a multis annis excarnificantur vivi quae lento igne caeterarum torrentur? o Hollandia! o Nabellum sacrilega crudelissima! o inventores tyranniae impudens! quis Catholicorum haec legens vestrum nomen sine execratione audiet?

Refugio venire quosita pertinet, at tamen duendum est

Reperita est Gallia, qua foedus cum hac gente ita
fecerit ut jam annis quinque circiter mi-
llia militum continuo suis sumptibus illi alar,
armis, pecunia, auxilium, consilio, horum ad re-
tuendam juvet. Quid dico Hollandos ad retinendam
juvet? ad invadendum etiam juvet; malis que eade-
m deesse, quam status Hollandicos non augeri,
videtur consistere vel minui. Cum tamen ignorare
nequeat id quod tot jam annorum experientia docuit,
ubiunque illi pedem fixerint illuc certissimam
et funestissimam religioni inferri vastitatem. Tres
solum anni sunt (ut inter multa aliquid singulare
et recens dicamus) cum ab Hollandis Silva-du-
cis urbs maxima, et catholissima obsessa est,
supplicia ferente Gallis, rem promovente Gallis, mi-
litem, pecunias, animos faciente Gallis, ac tandem
oppugnante Gallis verius quam Hollandis (resona
est) in ditionem accepta.

Quid factum putas, lector, ea urbe ab Hollandis?
quid factum catholica religione; neque sane ig-

morare poter, nec ego etiam possum retinere suis
 res luctuosissima sit. Po. pridie illius diei quo
 captus est. Viderunt Victore Galli Principi Atria-
 ci equos in primario urbis templo (Sedes est Epi-
 scopi) stabulantes, disiectas sanctorum, sanctissi-
 mae Virginis, et Christi imagine, polluta abasia
 sacrilegis, uolutata sacrilegis, et caeteri, et
 quae sine horrore, et lacrimis narrari, aut cogi-
 tari non possunt. Vidit, videt quae Orbis Christia-
 nus innumeros sacerdotes, et religiosos expulsos,
 ex ea urbe, ex suis laribus, evulsos ab altaribus,
 quibus serviebant, et de quibus vivebant, palan-
 tes, profugos, exules.

eos vero quos eadem tempeste abiecit quoque in Ga-
 thiam putas ne fuisse auro palam dicere unde veri-
 rent, unde eieci essent, ne Gallis probrose illius
 Victoriae tibi tuis consiliis impingere in os dedecus
 suum, et Christianissimorum agnomen ex probra-
 re viderentur? Sed nec inter Gallos ipsa depue-

runt multi boni Christiani qui tempora, qui federa,
qui expeditiones illas, euleric adeo fratres, de-
flectant, et quos puderet tam praepositos sub gentis
triumphis per totum orbem Christianorum circumferri,
et predicari a Religiosis, et in augustis exultibus,
qui et ipsi meae secula essent prostratae religionis,
nomini, et cognomini Gallus haud multum glo-
riosa.

Visa sunt in eadem urbe Silve-ducensi bene multa
in canobis deo sacrata Virgines, quarum astra nu-
bilibus esse sollicita ad sacrilegas usurpas. Equibus
tamen, ne unaquidem Christi spem fidem pepellit.
Vixi sunt innumeri adolescentuli mini verberibus
avulsione e matrum sinu, et patrum suorum am-
plexibus, ejectione esuis penetralibus et finibus nati-
vis soli ad ejurandam catholicam religionem com-
pelli; verum irritis temporis orate. In qua occasione
vixi plura mirabilia observare libet Silve-ducen-
sium in fide catholica firmitatem, quorum proles
ab ea dimoveri non potuit, et Serenissime Infanta

15
Isabella Christianam, et Austriacam benignis-
sem, quae civitatem illam in excepit ut nemini
vni ex profugis liberaliter, et commodè non provi-
deret. Et Hollandorum pharatorium studium, et
ardorem in exterminanda religione catholica ab
ea urbe, quae adeo catholica semper habitata est, ut
proverbum esset Silva-Ducensium verbum quem-
que e Clero esse.

Vides Gallia quem finem sortiantur foedera cum he-
reticis, quid efficiant ordinaria illa et extraordina-
ria auxilia, quae continuis praestant nationi prave
aeterna perversa. Si urbem aliquam prorsus he-
reticam magnitudinis et celebritatis Silva-Ducis
parem audiremus huius auxilium suam in catholicam
fidem concessisse, sine ulla libertate erroris, quam
merito catholici omnes letarentur, tibi quae et e-
clesiae catholicae, et ipsi deo gratulerentur, lau-
des et epinicia caneremus, vota pro horum arms
rum prosperitate funderemus. Jam vero quid di-
cant, quid robeant, quid scribant, quos quot sunt

sunt ex animis Catholicis in hac clade Urbis usque
quaque Catholica, cujus capiendae (unquam facti)
pars maxima fuit. fidem sefellii Hollandus (ex-
cusat) Regi promiserat in ea Urbe fiduciam li-
bertatem consuetudinis. Hoc ita quidem iuramentum
est, ut ait, id tamen verum sit, necne non scio.

At est, sed neque vides se videri, o Gallia, pene
ram fuisse semper deteriorem conditionem Religio-
nis; quod alius Christianissimus nomine alienissi-
mum est. Quid enim est libertas consuetudinis? quae
est prior mors animae (inquit d. Augustinus) quam
libertas erroris? praesertim dominantibus haereticis,
qui nihil non agunt, nil non moluntur, velle illam
ab his impugnant, eoque velut clavo veritatem trudent.
Si nihil aliud mali factum fuisse ab Hollandis
quam expellere felicem illam necessitatem, quae
ad meliora compellit, et haeresim consortem et con-
tubernalem facere Catholicae Religionis in ea Urbe,
quae hie monstrum nunquam videres, sari superque
esse, quod ingemisceres, et deum vltorem metueres
deberes. Et id auxiliari Gallo vehementer dolet,

(Inquit) An Gallia? Gallo vehementer dote
 oppressam religionem in Silva-duis a Baravis.
 Equidem in hac mea conversatione, et afflicta re-
 ligationi commiseratione non mediocriter mereris,
 poenitentiam gratulor. Optimi porus poenitenti
 mutatio consilii, non omni respectu ecclesie pe-
 sumit, ut plurimum quidem jurabant. Verum vide
 omni factus poenitentie.

LIBRA PUBL.
 DE
 1711

Novum novum genus poenitentie vixdum ex plus bien
 nis post captam Silvam-duis, Gallia pacem, quam
 rebellis Hollando Anglus superior suadebat omni
 conam inerpelle, auri milliones, milibus, duces,
 apparatus longe, quam antea, numerosiore, et
 instructiore spondet, hortatur, voret, cogit, non
 jam ut singularem aliquam urbem, sed ut Flan-
 driam universam uno impetu opprimat: nec seg-
 nius id tentatur, quam impigre et fideliter Ga-
 llas promissum praestitit. Excundiam, Brugam
 tantum ab Antio. stant in armis ex alii partibus
 ingentes Gallorum et Hollandorum copiae. pro
 solantur excursionis successum, ardent armis, me-

Quid
 1711

diā parte Flandriae suis spes non addiderint, et
tam Sigurium, quam jam devorant, et regna de-
vorasset nisi deus Opt. Max. modum aliquem
posuisset furori politico-heretico, ac infansive
consilium Achisphali, et prudentium hujus mun-
di artes dissipasset; memoret Culerie sua quae lon-
ge deceriora passu fuisse, quam in opera Silva-
duersi clade, ut patet ab hunc effratori, et potentis-
si, qui jam se undequaque Viisrem bullinaverat,
ducebatque Ludibundus et prode securus uxorem
suam Diana habim fatuonem in pugna gestantem,
quasi ad Flandriae et Culerie auxilium iret.
Fuit, sed infansis avibus, vix enim, aut nevis qui-
dem conspecti Regis ipsius favore correptus An-
xianus, fame enectus, tunc consumptus, destitutus a
multis nulla re quam fuga celeriter capienda
strenuus seminece conspiratorum suorum reliquis
revertit; incredibili piorum omnium, et vere lath-
licorum gaudis, Culerie exanimis gratulantium li-
berationem suam a Batavia ferisse: sed quod

Sed quid
mirens

oniretis, et obstupescas, inverte hanc sarras soteria, in-
 ter catholicos praena, inter hymnos et labulos so-
 la Gallia rem infectam dolente attritas sua sponte
 suas et Hollandicus copias exauctum que rarum in-
 dignante. Qui Gallia dolor, que conservatio quo-
 modo cum Christianissima cognomine consentit ipsa
 videris. omnino situum animum, o Gallia, haec sa-
 crilegia, haec Christi et ecclesiae laede, et injuria, haec
 animarum damna vel leviter contingere; non statim
 decresimus nova rursus auxilia impiissimis hostibus
 cum certissimis interitu religionis ubiunque domina-
 ti fuerint.

Hec (ex Nume S. Ambrosius) de negotiis civilibus si
 quid statuitur, nemo jure esse temerandum, et pra-
 ceptum de religione calcetur. quam vereor ne et
 haec continuata foedera, et verba haereticorum male-
 ficiis, novis, novisque, et horrendis quotidie exagger-
 rata maleficiis, iusto dei iudicio, cuius nomen tam
 atrociter peritur, prope diem vindicatur, patravore
 que haereticis, et haereticorum auxiliatores Politici

Severissime tuant; discantque (sed proase serius)
quid nec hominem ethnicum Latius, deum immor-
talem ventum quidem, sed certum vindicem generis hu-
mani esse, et magna exempla in caput inserentium
regerere, ut justissima patiendi vice, quod quisque
Alieno excogitavit supplicio, saepe excipiat suo. Exogi-
tata sunt manifesti, et insigni Ecclesia detrimentis hae
foedera cum IMPIS, et praepostera ista artificia suos
hosu inferandi primoque exemplo tradita sunt posteris:
Sed Auctorum neminem haec non poenituit, et cum
omnium temporum et regnum annales reperiri, re-
peries nemini visse impune, ac statuis nullum esse
debere atrocissima Principi gratius hoc moerore Ecclesia-
ricis: Ducede ab iniquis, et deficiant mala abire.

In hoc foedere Hollandis aliud quiddam est (vellet se ipso
judice quisquis hae legis, dummodo sit catholicus) ob
quod solum licet nihil aliud sit deseri a Gallo poterit
ac debet. Ordinarium praesidium quod Hollandia
Gallus suo ore contineret alii, est quinque virium mi-
llium militum. Extraordinarium vero duplum, triplum,
quadruplum pro re nata, et praecarium bellorum occasio-

nibus. Insuper Gallorum illius militie diuina
 causa propiciantium, vel suo Regi gratificari volentibus,
 vel Hollandica stipendia mercenarium maximus numerus
 esse solet, et tamen nunquam imperare potuit Gallia
 ab Hollando, ut in Gallie legionibus, et presidis
 vnicui sacerdos sit, qui cum catholico militis procuret,
 qui sacra eucharistia percipere, qui peccatorum confe-
 sionem excipere, qui morientes adiuuet.

Proh deum Immortalem; ea quis est Catholicus nisi penitus
 aeterna sua salutis immemor, qui propiciis militiam ve-
 lit omnis spiritualis subsidii expertem, aut qui id si-
 bi salua, et sua conscientia licere credat cum tanta ani-
 ma periculo inter contubernales haereticos, inter impia
 cabillatione hominum commilitium sacramenta recever-
 bis procaeter irridendum, inter ministrorum sacrilegas
 allocutiones, inter profanos ritus, inter scorta, inter for-
 ta inter odia, inter perjuria? quid multa? in media
 licentia militari, que semper tanta fuit, parteque passim
 hodie est, ut fore, iuxta vniuersum dictum, fides et pietas eccl-
 esia exulet; ac vix plus nisi militibus consuluerit

Si singulorum Latini sunt haereticus Confessarius? Quos
quisque Catholicorum est, qui piecem et more, quos
in Hollandia contra inultu, inde referas? Quos mul-
tos ante longo tempore in illa peruicia subsidiorum
animae immanitas mori oppressi, aequae ex Hollandia
Sipendii calamitissima missione aeternis Oracionia-
tionibus addixit. Nihil dicere in etiam qui accepti
comoneam et fide per causam alterius negitii, ab
Hollandia ad vrbes Catholicas transeunt inuidum ex-
piantur conscientia noxas apud Sacerdotes, non imper-
tini Sacram absolutionem, nisi discessionem ab illa
militaria hanc satis iusta sancti sponderint.

Contigit quiddam paucis ab hinc mensibus, quod referre
hinc hoc placet. Sacerdos e societas lesu piecem studio
in Silva-duis deservit spiritali auxiliis Catholicis,
qui nondum exceperant occulte ^{per se} ad iurabat. Agnosuit,
defertur, capitur, traditur in carcerem. quidam Sara-
pa Gallus (nomini parca) qui per id tempus erat in
eadem vrbe cum Principe Duriano cogatur a Catholi-
cis pro biqui patris dimissione interponere suam fidem

et gratiam velis, nihil verbo non impetraturus a Prin-
 cipe. Negavit Gallus, licet professione Catholicus, sine-
 tum hoc beneficium dignum esse, hujus reipublice geminam
 causam afferens. Altera est quod Catholicus Belgarum
 intelligens, quid inserat inter politicum statum, et reli-
 gionem Catholicam. Altera quod Lesuire in Belgio
 Catholicos contra Regem Hispania in Hollandia
 jugantes accedens ad se confessionis gratia non absol-
 vant. Ego (si velim duas istas causas retrahere, et in
 hoc gloriari in interpretatione aliqua vti) quod ad pri-
 mam spectat, praeor divinum nomen ut Belgae nun-
 quam deducant sanctam illam ignorantiam, et omnes
 illi qui se profitentur Christianos illam adducant.
 Quod ad secundam pertinet. Res ista se habet omnino:
 nam doctorum Universitatum atque episcoporum vulga-
 ri, et certa persuasio est eos sine sacrilegio absolvi non
 posse.

Caerorum in hanc sententiam venis mihi inmensam lauda-
 bile factum, et Christiana pietas cuiusdam Hispanici
 cognomen Sarmicoris Legati Catholicus Regis ad Regem

Britannia. Si obvia legatione discessurus obtinuit sexa-
ginta sacerdotes, qui tunc erant in carcere Londinensi;
quos omnes adiunxit etiam plurimis alii Castolici
transmisit secum in Flandriam Regis Castolici sumpti-
bus, cui scilicet id fore gratissimum, atendos. Sed a-
lia causa Gallum movit, nequid simile fieri, no-
luit potius vinum eripere occasionem multa perire
pro Christi nomine; ideo ab interpellando Avinivatis-
tinis. Ut ut sit si verum est quod ipsi me nobiles An-
gli scribunt certe haud ita pridem Regno Christi-
anissimo non levis macula in hoc genere sparsa est, cum
ante annos circiter duos Reges Hispaniae et Angliae
de pace tractarent, Legatus Galliae hujus pacis im-
pediendae causa ad Anglum destinatus, inter ceteras
rationes, quas in eam rem attulit, et hanc non omi-
sit; Si hic esset (inquit) Legatus Hispaniae (Rex)
tuam majestatem sollicitus de Castolici e car-
dia et carcere dimittendi. Nos vero a quo tempore
hic degimus nihil ejusmodi petimus. Legatus
vix haerebit ore, an Castolici fuerit necis

20

Unum suo: hanc ejus orationem Comes quidam
Anglus e sanctorum consilio regium assistens, seu
iraundia, ~~et~~ indignatione peritus, seu gaudio e-
latus sic excepit: Per deum, inquit, frigidiora a
Turcarum Legato in causa Catholicorum diu non po-
ssunt. Profecto quisquis ille est, qui Gallium no-
men tan fide maculas praestari illi quas a se
rationibus, nihil simile habuisti a Regibus inman-
datis: religiosior est quam ut ita verba in capite
sua legationis retulerit. Hollandica sunt ista rati-
ones non Christianissime. Tantum vero libet, ut
Rex Catholicus probro et dedecori sibi esse puto pre-
clarum illam tuam accusationem, quia potius sum-
mo ornamento illi est apud deum et homines. Re-
gia benignitate, in praecipuis Hispania et Bel-
gii civitatibus extracta esse et data minimum sep-
tem collegia alendis Angli, Scotia, Hibernia Ca-
tholica; ex quibus seminario Coloniensi continuo
fructus percipit uberimos.

Redes ad Foedus Hollandicum, si intelli verum sta-

hu, tantis que aequat an certis Ecclesia et animarum
studibus, et dispendiis cuiquam videris. Illud esse
licitum contra Catholicos, dicat quodque necesse est,
sibi fas esse equi pedibus obtinere matrem suam occu-
rrentem in via ut hostem suum quem insequitur asse-
quatur, et occidat.

Pergam ad quartum illud foedus de quo proposui dicere
si prius de multis Hollandicis sacri legis unum
duntaxat narravero, ut Christianissima Gallia mel-
lius intelligat cum quibus inest hanc armorem
sacrosanctam, et amicitiam. Non multi anni sunt
cum una cohors Henrici Nassavii cum Principis
Auriani, et foederatorum ordinum capiti invidit in
quoddam Catholicorum templum juxta Mechlinias:
illuc ingrediens sacrum tabernaculum perfringens, Py-
xidem, quam nos Catholicus veteri Christianorum
voce ciborium appellamus aperit, sacrosanctas hos-
tias sacrilegis manibus contrectat, ac per summum
verisum (horreo repleto) alias spūs madefactas
veloris domum, alias equorum sellas, epistulas

21

habent affigi, alias projicit inter Ephacinos, et
hereticorum perulantiam. In nunc Gallia, adque
ad capiendas vrbes, et provincias Catholicas Hollan-
dos jura. Sed crimine uno dice omnia. Si sperasse
S. Ludovicus, vel Carolus Magnus, vel Clodoveu
se adjunctum regno Francie novum orbem dum mo-
do gentem tan impiam sibi foederare, nunquam
voluisse, et si hoc resiat Ludovicus Iustus qui
nunc regat, non dubio quin suum cognomen hoc
in parte cumulatissime impleat, quin de foedere dis-
solvendo cogitet, plurimum que suo regno abira-
to nomine metuat.

Non possum omittere sensum et judicium omni excep-
tione majus Clementis Octavi P. M. super hisce
foederibus Hollandie. Erat (pater) apud Gallos
aliquis momenti auctoritas divini hominis, cujus
Pontificatus Castelle simul, et impii sui admi-
rationi, et venerationi. Non referam ejus laury-
mas inter quotidiana sacrificia, jejuniorum rili-
tiorum, et laci asperitatem; sed rem presentem

praecipue facit quod habet scripturam vice: Nudi-
pedibus (inquit) interdum sacra supplicatione non
nulla urbi loca lustravit, et tunc praesertim cum de
Henrico Gallorum Rege ecclesia gremio restituendo
ageretur: Gallicanam ecclesiam veteris sanctita-
te, et doctrina multorum celebrem voce diligebat,
pro illa non mediocriter afflicta assiduis precibus, re-
peritis sacrificiis, et (loquor cum Baronio) inderi-
mentibus lacrymarum deum precabatur: quam Cle-
mentinarum (ut ita dicam) lacrymarum filiam
Christianus Orbis vocare posset, humanae quoque pu-
diciae, et caelestis sapientiae inestor excellens, et
meritis credimus se omnes optime regnandi et regendi ar-
tes mirifice calluisse: deo inconsulto nihil aggrediebatur,
et annuente quod susceperat peragendum, prosequen-
tibus, et absolventibus: nulla ab eo acies sed quem
admodum loquimur idem Baronius praesertim assidui-
tate, et considerationis maturitate deo usque manebat.

Videamus nunc quid tantus Pontifex Catholicorum qui-
dem omnium, sed praecipue Galliae optimus pater de

Hollandis consentit, et de Gallis istis auxiliis. Nihil
 referam nisi exprimere licet Cardinalis Otavii
 oratione Galli, et Gallicanorum in orbe negotiorum
 Regionumque participis, atque administris. Quis la
 26 haec refert sibi dicitur Pontifici: Gallus contra Re-
 gem Hispaniae et Archiducem ad Hollandos et Cellan-
 dos deo et suo Principi rebelles se confert: eta-
 men ipse Francorum Rex in seipso expressit ut quae
 grave, et durum sit, cum suppeditantur auxiliis sub-
 viti contra suum Principem bellum gerentibus.
 Eadem epistola Cardinalis Otavii vobis assensum
 Cardinali Aldrobandino dicens; manifestum esse
 Hollandos et Cellanos esse rebelles nec inter se
 posse consistere legitimum corpus publicum. Tum
 epistola 321. postquam ipse Otavius dixit sibi sig-
 nificatum a summo Pontifice Hispanum et Archidu-
 cem graviter queri, quod opperire eisdem rebelles in-
 ventur militie, et ingenti pecunia a Gallo contineri
 Belgii provinciam infecto per clandestinam suam com-
 municationem et occupata de aliisq; vrbis hostilia;

Qua ut anno proximo superiori in castris Mauricii Co-
mitis contra Catholicum exercitum dua legiones Ga-
lliae explicari signis, manusque equitum innumera
militarent, unde gravia urbs tantummodo perdit,
haec addit: Ob haec Pontifex sacris dolore corde
intrinsecus ait: Regem Christianissimum prosequi
conspicere, quam pro dei Vicario dolere debeam, vid-
ere dei hostes tan perfidos, tanque sanctae Romanae
Sedi impensas, et a quibus anno proximo superiori com-
missa sunt tan multa sacrilegia, et abominaciones
contra Ecclesiam et alia loca sacra nihilominus
amicis juvari ab eo, quem Apostolicum favor non ex
animo complexus est, et cuius regnum intruere et proxi-
mum fieri omni studio, et arte adlaboravit.

Hic doloris scasus, haec ipsa verba illius Pontificis cuius me-
moriam impense veneratur Gallia, et quem merito
procuratorem suum patrem agnoscit. Hoc eius iudicium
de auxiliis, quae praestantur Hollandiae suo Regi, et
ecclesiae perduellibus. Quam majora sunt Deus
immortalis) quae omnia eidem mittuntur subsidia

cum nihilominus suis impiis, immo seipsum quodam
 deserviores et ecclesie capitulos efficit. Hodie ho-
 die (proh pudor) agit apud illos, et urget ut e sa-
 cris Gallis, ut armati statim procedant, ut Belgas
 castillos pugna adorianas, quominus Pio Impera-
 tori, et afflicta Germania Impium contra Suecum
 Superbia ferre possint.

Fœdus Suevicum

Quid si dixerò levia esse, quæ ab Hollandi illata sunt
 ecclesie Damona, et quæ ab eisdem impendere pericula
 si cum aliis comparantur, quæ a Sunde congruunt,
 quid dices? nonne tu merito eshorrueris? Ab Aquila-
 ne panderis omne malum. Reviviscunt in uno Gotho-
 rum et Wandalarum Rege, (quem nunc Suevicum vo-
 cant) Alarici et Genoveci, qui omnia imperium
 et ecclesiam Dei miserissime diripiunt, deformant,
 lacerant; non illi quidem a Puffino et Ludoxia
 excis, qui ambo prope hujus excelsionis poenas
 Ulteri nominis justissimas dederunt; sed qui credit)
 a Gallia Christianissima animati: facti fœdere cum mor

talium firmissimo et INPITISSIMO consilio pecunia
mis adjuti: et qua est abominatio desolationis (qui
legit intelligat) Pater Patravus praecipuus Pater
Patravus foederis hujus Vandallici sive in loco sanc-
to uno solo gradu supremo inferior. Sueciorum be-
storum aeneas. Cladium canis exempli pinaculo
sacra purpura conspicuus. Viri Bernardi verba
sunt haec, qua subiungo deflexi quosdam ecclies-
tios sui temporis. Si insurgere appetus inimicus
haereticus mitteretur fore, numquid eccliesiam quem
episcopi, aut quis abscondet se? olim predictum est
et nunc tempus adimplentis advenit: ecce in pace
amaritudo mea amarissima, amara in nec martyrum,
amarior in conflictu haereticorum, amarissima nunc
in moribus domesticorum, qui Suecum, qui Saxoem,
qui Brandenburgicum, qui alios haereticorum Prin-
cipes in catholicissimum imperatorem cense huius reli-
giosissimo Principi (quod nec haereticis, nec Catholicis,
nec amphibis negare possum si maxime velint) pro-
bit fuerit antiquis atredecim annis quibus Roma-

